



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

56 Decimae ab una ecclesia contra aliam praescribuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

rationi, ut qui seminat spiritualia temporalia metat, c. cum secundum, de præbend. Paul. ad Corinth. cap. 9. & Rebuff. ead. q. 2. num. 7.

55 Ampliatur tertio, † quod clerici teneantur solvere decimam, etiam de prædiis dotalibus ecclesiæ, quia licet contrarium teneat, glos. in cap. novum genus, in ver. à clericis, de decim. per text. in cap. quæsti, 16. quæst. 1. de qua facit mentionem Iano-
cent. in d. c. novum genus, n. 1. & ibi Abb. nur. 4. contraria tamen opinio est verior, 58
quam amplectitur, gloss. in cap. 1. in ver.
ullo servitio, & ibi Abb. qui testatur dictam gl. esse communiter receptam, num. 4. de cens. quem sequitur Rebuff. in tract. de decim. q. f. n. 19. & ita sentit Azor. lib. 7.
inst. moral. c. 35. ver. quintò queritur, & 59
est ratio, quia cum in jure non reperiatur,
quod ecclesia antiqua debeat privari decimis, propter constructionem novæ, non
debeamus interpretatione magistrorum generalis juris dispositionem alterare,
ut inquit, Abb. in eod. n. 4. & quod ecclesia parochialis propter novæ ecclesiæ constructionem, & dotationem non pos-
sit jure suo privari, probat text. in c. Ecclesiæ antiquitus, 16. q. 1. & cap. tributum, 23. q. 8. Abb. in d. c. novum genus, n. 6. de decim. & Rebuff. eod. n. 14. & hæc pro-
cedunt, nisi ecclesia sit tuta præscriptione,
96 quia decimæ tab ecclesia contra ecclesiam cum titulo, & bona fide, spatio quadraginta annorum præscribuntur, cap. 1. de præscript. in 6. & Rebuff. ead. quæst. 13. n. 80. & num. 112. & sine titulo illas præscribit spatio tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non existat, eod. c. 1. in fin. de præscript. & Rebuff. ead. q. 13. n. 81. & hæc procedunt quo ad decimam prædia-

lem, quia personales ex universalis consuetudine præscribuntur, Felin. in cap. cau-
sam qua, n. 1. de præscript. cñm alio supra
allegatu.

Limitatur primò, dicta regula, ut non procedat in clericis inservientibus parochialibus ecclesiis, quibus decimæ deben-
tur, quia tunc ad illatum solutionem non tenentur, Sylvest. in ver. decima q. 7. &
Azor. eo. cap. 35 sub ver. quinto queritur,
circa fin.

Secundò, † limitatur in ecclesiis regu-
latibus, & aliis collegiatis, quæ sunt pri-
vilegiatae, quia decimæ privilegio Papæ, &
exemptione tolli possunt, ut cap. à nobis,
& ibi gloss. in ver. exemptus, & Abb. n. 4.
de decim. & Rebuffi ead. q. 13. n. 103.

Quæritur, † an dominus agri, vel con-
ductor, decimam solvere debeat, in quo
est distinguendum, quia, aut loquimur de
conductore, qui locavit agrum certa pecunia,
vel certis mensuris grani, ita, ut o-
mnes fructus ad conductorem spectent,
& tunc dominus non tenetur ad decimam
expensione, quam percipit à conductore,
quia eorum onus ad conductorem trans-
fit, eo quod dominus agri propterea mil-
tiorem pensionem exigit, & si fuit conven-
tum de certis mensuris grani domino tra-
dendis, antequam illæ mensuræ pro pelli-
tione dentur, tota quantitas grani est deci-
manda, sive rō agatur de colonis partiatiss.,
qui partem fructuum percipiunt, & domi-
ni aliam partem, coloni pro ea parte, quam
percipiunt, tenentur dare decimam, & eo-
rum domini pro ea parte, quæ ipsos con-
tingit, & ita distinguit, glo. in cap. quæst.
sunt, 16. q. 1. c. tua nobis, & ibi gl. in ver. sic,
& dominus & Ab. n. 1. gloss. in c. cum non sit,
in v. præced. de decim. & plenè Azor. eo. 1.7.

